



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

VII. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Etiam sicut labores, ita laudem vnus hic tulerit, & ignavis generoso exemplo præuenerit ad vires Deo totâ prompti animi, & corporis alacritate impendendas; expectatis verò, ad ge-

nerosam indolem oratione, ac visitandi domestici hospitis Christi officijs, denique magnâ laborum assiduitate subigendam.

VII. DIE IUNII.

P. BARTHOLOMÆVS
SANCHEZ.

Hispanus.
Nobayeni. 7.
Iunii 1642.
Ætat. 29.
Soc. 11.

Educatio.

S. Xaver.

Cor.

Paupert. u.

Casitas.

Natus ex voto, quo Deo à parentibus antea sterilibus deuotus est Paruulo pompæ secularis horror ab iisdem iniectus, dicentibus; diuites superbos ijs quibus cum pompa vehuntur splendidis curribus; velut auriga dæmonis, ad infernum vehi suæ salutis oblitus. Videbatur sibi sensu intimo ad imitationem S. Xaverij permoueri, quòd eum videret suo ingenio valde esse còsentaneum. Et profuit id acriter præstitisse. Sanguinem è pectore quâ cor iacebat elicuit, & chirographum eo sanguine conscripsit, quo se Deo per Xaverium in salutem Iaponiæ deuouebat. Is erga Xaverium ardor illi exprobrare videbatur, si calceos novos, pileumve, aut aliud vsui suo opportunum, admitteret; quasi parum addictus ei paupertati quam exemplo suo docuisset Xaverius. In eodem, suaue, præsentissimumque præsidium inueniebat tuendæ in nitida sanctimonia puritatis, quicquid imaginum castæ menti obstreperet; visis aliquando etiam terris laruis, quæ abibant, cum ille solito magis affi-

ctus opem Xaverij imploraret. Videbatur quoque id velut à Deipara edo-

B. V.

ctus interno monitu, vt ad hanc visitationem patrono Xaverio vteretur.

Còcinnatos à P. Mastrillo Xaverij titulos, instar Litaniarum, quotidie recitabat. Aliquando Crucem ferre se debere didicit, cum 1. Decembris coram sui Xaverij effigie supplex, totam eius

Cru.

imaginem Cruce ingenti toto corpore coopertam vidit. Patiebatur tunc ille dulcioris è celo auræ solatiorumque penuriam; & ad plures id genus, altasque corporis atque animi molestias æquo animo ferendas est mirificè incitatus. Animo anxium, an ritè initiatus esset, ac per nouem dies pro litanda primi sacrificij hostiâ se parantem, ipso Deiparæ natæ die manè ante quam sacrificaret vox diuinitus confirmauit, quæ illum hortabatur, vt se in Sancti sui manibus relinqueret, patri, & eum imitari paratus: primamque hostiam Deo pro acceptis ab illo per Xaverium beneficijs offerret. Ita illi animus conquieuit. Crucis in imagine Xaverij ostensæ mysterium compleuit mors; quàm obiit à barbaro sicâ in gutture vulneratus, alio ei caput bifariam dissecante.

Path.

B. V.

B. Xaver.

VIII. DIE

Tralus
Ciuic
cobi. 8.
1633.

Vocatio

Humili
Zelus
Mortif

Iaculat

Cruis.

Ang. c.